Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& sic ōs domesticos suos uestire duplicibus. Est procul dubio
uter oleum & nomen sponsi similitudo. nec ociose
spiritus sanctus alteritum comparauit.
Ego autem dico in triplici quadam qualitate olei. quod
lucet. pascit & unguit. si uos melius non habetis.
Fouet ignem nutrit carnem lenit dolorem. lux. cibus.
medicina. Vide idem nunc de sponsi nomine.
Lucet predicatum. pascit recogitatum. inuocatum
lenit & unguit. Et percurramus singula.
Vnde putas qd in toto orbe tanta & tam subita
fidei lux nisi de predicato ihū.
Honne in huius nominis luce deus nos
uocauit in admirabile lumen suum. quibus
illuminatis & in lumine isto uidentibus lumen
dicat merito paulus fuistis aliquando tenebre
nunc autem lux in domino.
Hoc denique nomen coram regibus &
gentibus & filiis israhel portare uisus est
isdem apostolus. & portabat nomen
tanquam lumen. & illuminabat patriam
& clamabat ubique. Nox precessit dies autē
appropinquabit. abiciamus ergo opera tenebra
rū & induamur arma lucis sicut in die honeste
ambulemus. Et monstrabat
omnibus lucernam super candelabrū
annuntians in omni loco ihm. &